Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

magno. et erat sp in templo laudantes et benedicentes
deum. In vigilia pentecoten in vigilia pasche. pro con-
tempnanda lectione cereu. Lectio libri genesis
de abraham. et dixit ad eum. Abraham abraham.
At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum
unigenitum quem diligis ysaac et vade in terram visionis
atque offer eum ibi in holocaustum super unum
montium quem monstrabo tibi. Igitur abraham de nocte
surgens stravit asinum suum duxitque secum duos
iuvenes et ysaac filium suum. Cumque concidisset ligna
in holocaustum abiit ad locum quem preceperat
ei deus. Die autem tertio elevatis oculis vidit
locum procul. dixitque ad puros suos. Expectate
hic cum asino. ego et puer illuc usque properantes. postq
adoravimus revertemur ad vos. Tulitque igitur lig
na holocausti et imposuit super ysaac filium suum
ipse vero portabat in manibus ignem et gladium. Cumque
duo pergerent simul. dixit ysaac patri suo. Pater
mi. At ille respondens ait. Quid vis fili. Ecce inquit ignis et ligna. ubi est victima holo
caustii. Dixit autem abraham. Deus providebit victi
ma holocausti fili mi. Pergebant igitur pariter. veni
entque ad locum quem ostenderat ei deus. in quo edifi-